



Disputatio juridica inauguralis de emtione & venditione

<https://hdl.handle.net/1874/345222>

20.

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
EMTIONE & VENDITIONE,

Q V A M,
AUSPICE DEO OPT. MAX.
Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

M. JOHANNIS LEUSDEN,

Philosophiae Doctoris, & Linguae Sanctae in Illustri
Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicorum consensu, & Nobilissima
Facultatis IURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis
ritè ac legitimè consequendis,

Eruditorum Examini subjicit

RODOLPHUS vander HORST, VADA-GEL.

Ad diem 12. JULII, hora locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clo Ic xiii.

D E O
TER. OPT. MAX.
OMNIBUSQUE VERÆ
JURISPRUDENTIÆ
FAUTORIBUS.

Hoc Inaugurale Exercitium

Sacrum volo

R O D. vander H O R S T,

A. & Resp.



DISPUTATIO JURIDICA

INAUGURALIS.

DE

Emtione & Venditione.

THESIS I.

Emtio & venditio contractus est notissimus, & ut quidam volunt vocabulum emtionis dictum à Græco vrbo ἔμπορος, id est meum, quia de meo tuum fit: sic etiam venditionis vocabulum dicunt à venum & datio, quia vēnundare est facere ut res ab uno ad alium transferatur: & hinc illa duo verba conjunguntur, quia emtio sine venditione esse non potest, & vice versa: interdum in latiore significatione accepta complectitur omnem alienationem, quâ rei dominium transferri possit. l. 19. §. 5. de ædil. edict. l. 8. §. 11. d. quib. mod. pig. vel hypot. solvit. l. 29. §. 1. de stat. lib.

sup

A 2

Sed

4 DISPUTATIO JURIDICA

Sed prætereamus jam significaciones, quæ hic occurre-re possent. *Emitio & venditio* proprie est *contractus quo id agitur*, ut res vel merx commutetur pretio, per mutuum consensum definito. Antequam pergamus, possimus præmittere expositionem definitionis, qua-tenus primo contractum significat.

I I.

Dixi emitio venditio est contractus sc. juris gentium, nominatus, bonæfidei, consensu constans, quo venditor obligatur ad rem tradendam, emitor ad pretium dandum.

I I I.

Quod emitio & venditio sit contractus, patet ex *l. i. §. ult. & l. 7. §. 1. d. de pact.* quia sua natura producit ef-ficacem obligationem ad agendum, *d. l. 7. §. 1. nominatus*, quia habet certum nomen tanquam signum certæ formæ & actionis: *d. l. 7. §. 1.* & producit sui nominis actionem: ita distinguitur à contractu innominato, unde non oritur actio, nisi ex datione vel facto. *l. 5. d. de præscriptis verbis.*

I V.

Contractus juris gentium *§. 2. f. de jur. nat. gen. & civil. l. i. §. 2. d. b. t.* nam quod ibi dicitur non solum Romanorum est proprium, sed & aliarum gentium; idem Homerus videtur probare: *d. l. i. in fin.* colligitur quo-
que

que ex sacra scriptura, Gen. 23. comm. 16. & seq. & c. 37. comm. 27. & seq. quod autem solennitas verborum hic non debeat observari, ut in stipulatione & verborum obligatione, probamus per l. i. §. ult. d. b. t. ubi hæc verba exstant: *est autem emtio juris gentium & ideo solo consensu constat.*

V.

Quod sit bonæfidei contractus patet omnino ex §. 28.

J. de att. quia empti & venditi actio dicta à suo contractu, inter bonæfidei actiones numeratur, proculdubio contractus debet esse bonæfidei. Inde exigit quoque latiorem judicis potestatem judicandi ab utraque parte quantum obligetur emtor venditori, & vice versa §. 1.

J. de oblig. ex consens. in fin.

VI.

Dicitur solo consensu constans, quia ad sui perfectiōnem requiritur tantum consensus, l. i. §. ult. d. b. t. pr. J. b. t. & non reitraditio, ut in contractibus qui re constant: cum ergo nihil magis obstet consensui quam dolus & error, consequitur hos emtionem vitiare, ut & vis, ideoque si emtio venditio vi metus inita sit, contractus primo consistit quidem, sed postea à Prætore rescinditur l. i. d. *quod metus causa junct. l. ult. C. de his que vi metus caus.*

VII.

Dictum est porro in definitione, de re commutanda

da certo prægio, nam emptio sine re & pretio non contrahitur *l. 8. pr. d. b. t.* circa hanc definitionem quædam veniunt consideranda, 1. qui sint contrahentes, 2. qui emere vendere possint, 3. quæ res emi vendi possunt, 4. forma emtionis, quæ consistit in consensu: 5. finis & effectus. Contrahentes, 1. sunt emtor & venditor: Emotor est qui pretium solvere debet, ut rem accipiat, venditor qui rem traderet debet certo pretio. Emere vendere possunt omnes qui possunt consentire, & per regulam generalem qui se cum effectu possunt obligare, veluti patresf. & filii. *l. 39. d. de obl.*

VIII.

1. Emere vendere non possunt, qui se obligare, neque consentire possunt: veluti furiosi *l. 2. d. b. t. l. 9. de acq. vel omit. hered.* emere vendere quoque prohibentur prodigi, quibus administratio bonorum est interdicta: *l. 10. d. curat. furios. l. 6. de verb. oblig. l. 4. de R. f. sic etiam emere prohibetur tutor rem pupilli: l. 34. s. ult. d. b. t.*

IX.

Quamquam regulariter quis sibi tantum emere potest, tamen sunt quædam personæ, quæ aliis emere possunt: sic Filiusf. patri, servus domino emere potest *l. 3. f. per quas cuiq. acq. l. 10. d. de acq. rer. dom.* etiam procuratori licet emere domino: ita ut domino acquirat possessionem, & per eam proprietatem rei: *l. pen. f. per quas pers. cuiq. acq. l. 1. C. eod. l. 8. C de acq. vel omit. poss.*

X. Vi.

X.
Videamus porro quæ res emi vendi possint, & quæ non; emi vendi possunt omnia, quæ sunt in commercio: l. 34. s. 1. d. b. t. res præsentes & futuræ, ut fructus nascituri: l. 8. d. b. t. propriæ & alienæ: l. 28. d. tit.

ita tamen ut non dominium rei alienæ, sed tantum possessio transferri possit, quia nemo plus juris in alium transferre possit quam ipse habet: vendi quoque potest jactus retis: l. 8. d. tit. l. 12. de att. emt.

X I.

Emi vendi non possunt res quæ nec in rerum natura sunt, aut esse possunt s. 1. f. de iuit. stip. emi vendi quoque prohibentur res Sacræ, Sanctæ, religiosæ regulariter s. 8. f. de rer. div. liber homo, ne quidem sub conditione si servus erit l. 85. s. 3. d. de verb. oblig. venena mala: l. 3. s. 2. ad l. Cor. de sic. l. 3. 5. s. 2. b. t.

X I I.

Forma hujus contractus consistit in consensu, qui debet esse liber, & dicitur i. substantiale, & quia consensus versatur circa mercem & pretium, ideo recte statuantur tria substantialia requisita: nempe consensus, merx & pretium. Ex dictis manifesto liquet quomodo emtio differat à permutatione, nam in emtione res pro nummis datur, in permutatione res pro re l. 1. s. 1. d. b. t. quomodo à locatione conductione, in emtione venditione

3 DISPUTATIO JURIDICA

tione agitur ; ut dominium rei in emtorem transeat.
l. 80. §. ult. d. tit. Scd nihil interest ille effectus sequatur, nec ne l. 28. d. tit. l. II. d. de aet. emt. at vero in locatione, nec dominium, neque possessio transfertur
l. 9. d. de rei vind. quia conductor non possidet, sed tantum cst in possessione. l. 10. §. I. de acq. poss.

X III I.

Materia emtionis venditionis, sive, 2. substantiale est res, quæ sive sit corporalis, sive in corporalis, mobilis, sive in mobilis, nihil interest: Sed debet esse certa & determinata; nam si erratum sit in pretio, vel re, aut in materia, aut in ipsa emtione, emtio ipso jure nulla l. 6. d. b. t. ut si putem me vendere fundum Cornelianum, tu vero putas te emere Sempronianum, emtio est nulla, l. 9. d. b. t. l. 36. in fin. de acq. rer. dom. l. 10. d. de reb. cred.

X I V.

Denique finis seu 3. substantiale emtionis venditionis est, ut pretium pro re detur, quod debet consistere in pecunia numerata: §. 2. f. l. I. §. I. d. h. t. debet esse verum non simulatum l. 55. de oblig. & aet. l. 55. d. b. t. requiritur ut sit certum l. 25. §. I. D. d. tit. l. 5. C. eod. & certum potest esse, vel determinatione contrahentium, vel per arbitrium tertii: ut si quanti Titius aestimaverit, tanti res sit vendita, procul dubio valeat §. I. f. b. t. denique, ut sit justum, adeo ut nec emtor, nec venditor ladedatur ultra dimidium, qua casu locum habere posset. l. 2. C. de refe. vend.

XV. Con-

ibrov , ioinis meglubis locis : audiitum
ol ob A.A.C. + A.2. A. v. 1.2. A. 1.2. A.

X V.

Contrahitur ergo emtio venditio , vel pure vel sub conditione , vel in diem l. 50. *D. b.t. S. pen. J. b.t.* ut si Stichus intra certum diem tibi placuerit , erit tibi emitus aureis tot *d. s. pen.* emtio alia scripta , alia non scripta *pr. J. b.t.* & sic scripta requirit ad sui perfectio nem instrumenta emtionis à contrahentibus subscripta . *d.pr. J. b.t. l. 17. C. de fid. instr.*

X VI.

Effectus perfectæ emtionis venditionis est obligatio efficax , quæ producit actionem émti & venditi : Actio emti est actio personalis , nam oritur ex contractu §. 28. *J. de act.* datur emtori , l. II. *pr. d. act. emt.* ad fas venditorem ; & nihil interest an ipse vendiderit , an per procuratorem : Sed is directa actione , hic vero utili convenitur : l. 13. §. 15. *D. b. t.* ad rem venditam tradendam ; id est debet transferre possessionem , & dominium si sit dominus , vel aliter ejus interesse , quia non præcise tenetur rem emtoris facere l. 25. §. I. l. 28. *d. b. t. l. II. §. 2. l. 30. §. I. D. de act. emt.* cum fructibus & accessionibus : & omnia ex bono & æquo : *l. pen. C. de act. emt.*

X VII.

Quod vñditor teneatur de dolo , probatur ex l. 68. *pr. S. fin. D. de contr. emt.* nam dolus præstatur in

B

omni-

10 DISPUTATIO JURIDICA INAUG.

omnibus contractibus: quod ad culpam atrinet, venditor tenetur de lata & levi culpa *l. 35. §. 4. D. b. t.* de levissima regulariter non tenetur, & multo minus de casu fortuito: quia casus fortuitus præstatur in nullis contractibus, excepto mutuo: *§. 2. f. quib. mod. re contr. oblig.* nisi eum in se suscepit: vel in mora tradendi fuerit venditor, quo casu omnem culpam & periculum præstat: si emtor in mora accipiendo fuit, ab eo tempore quo emtor in mora fuit, præstat venditor tantum dolum *l. 5. l. 17. D. de peric. & comm. rei vend.* si res ad mensuram sit vendita oportet præstare exactissimam custodiā ante admetiendi diem, adeo ut fatale damnum, vel vis magna excusat: *l. 2. §. 1. D. d. tit. l. 3. eod.*

*obeydo sio sinoribnoz zinoime zifolozq autellzq
outA : nbnzv vlmz vubozq sup . zifoloz
z uibezoz zr mno mno . zifoloz outA sio uspo*

XVII. I. *Actio venditi est actio personalis, bonæfidei, quæ datur venditori, adversus Emtem, ad premium dandum: hoc est transferendum pretii dominium *l. 11. §. 2. D. l. 7. C. b. t.* & debet nummos venditori satis facere. *l. 13. §. 8. de tit. l. 11. §. 2. eod.* quamquam venditor non tenetur rem emtoris facere præstatque usuras à tempore moræ. *l. 13. §. 19. & 20. d. t.* quia in omnibus bonæfidei contractibus usuræ debentur ex mora. *l. 32. §. 2. D. & l. 3. C. de usur.* Et quidquid ex bono & æquo, ut teneatur ad impensas necessarias, & utiles in rem factas. *l. 13. §. 22. D. b. t.**

*.2d. Azo mndozq . zifoloz ob zuzonei roslby bou
ni amfizq' enlob mna . Azo mndozq . Q. ad. 23. re
-junto*

C O.

COROLLARIA.

Rodolphus Horstius

I.

*Qui credit ad navis refectionem non
gaudet tacita hypotheca.*

II.

*Invicta & illata in pradium Rusticum
tacito pignoris jure non tenentur.*

III.

Res aliena oppignorari non potest.

IV.

*Generalis hypotheca etiam merces venar-
es comprehendit.*

FINIS.

GE L U K - W E N S C H ,
Gedaan aan de H E E R

RODOLPH vander HORST ,

Wanneer hy met Loff sijne Redenkavelingh van het
KOOPEN en VERKOOPEN hadde staande
gebonden , en met gemeyne toestemmingh der
Beyden Regten Doctor wierd verklaart.



L schijnt het s'werelds rond door 't oorlogs
vuur te blaaken
En dat den wreeden MARS met opgesparde
kaaken
Het menschdom als vernield; en 't staale swaard betorft
Met 't lauw geplengde bloet, ja steets naar moordlust
dorst,
Waar door men't heylig Regt en wetten komt te schenden
En niet als teyckens siet van rampen en ellenden,
Soo queekr vrou THEM is nog een Soon die vast en pal
Met onvermoeyde lust haar regt beschermen sal,
En staan gelijk een muur, waar op men steets siet beucken
Met donderend geschut, dog die niet weet van kreucken
Waarom sy dan gebied men hem tot sijnen loon
Strax vlegt een Lauwer-krans, en spreekt tot hem , mijn
SOON !

Ik heb u waard geacht om in te laten weyden
In mijne Priesterschap , wilt 't Regt van 't Onrecht scheiden ,
En handhaeft over al de Waarheyt en mijn Wet
Soo blijft u naam en roem van laster onbesmet ;
Vrouw VENUS sal dan nog u komen op te cieren ,
En streng'len om u hooft haar Myrthen, mijn Lauwrieren.

Ter

TER BEVORDERINGE

Van de Heer mijn Heer

RODOLPHUS vander HORST.

Als sijn Ed: in de vermaarde Utrechtse Hooge School, Meester der beyde Regten soude verklaart worden:

Van oyt mijn Sang-godin genegen om te dighien
Het is in dese tijd, wond nu maar dofheyt swighe-
ten
Soo sond ik na den eych beschrijven gaan de
min
Die gy tot THEMIS draagt dc opperste Godin,
Waaron dees Wijs Godin voor al uw arrebeyden
Uw tot haer Soon verkoor ja openlijk in weyden
Onder haer Priesterschap, met soo veel eer en roem
Dat om uw groote Loff uw yder een dan noem;
Vaar voort nu THEMIS Kind te minnen dees Godinne
Soo sult gy al uw doen gaan wegen met haer sinne
Gaa maakt dat andre min om haar u dog mishaat
Dewyl gy dan de Kroon en Loff van wijsheit draagt
Roemwaerde Minnaar nu die wijsheit gaai bemintuan
En niet als wetenschap steets weget met de sinnen
Maakt dat nu meer en meer u lust naar wijsheit belt
Soo werft nog over al u naam tot Loff gemeli.

RODOLPHUS vander HORST
Ieck hoort parr oock uis lichtepen
Ecpte powert dat zullen dit
AAN
Hoe mijne leuen sit uis peleke

3 A A N D E N S E L V E N . T E R

N A A M - D I C H T .

R oemen sal ick uwe gaven

O m dat gy nu zijt die geen,

D ie de Kroon van wijs sult dragen

O m dat gy nu hebt gestreen

L ang, tot dat gy hebt verkreegen,

P riesterschap als T H E M I S Soon,

H ierom hebt gy nu dien zegen,

U geluk en uwe Kroon

S y op heden anders geenen

V erstaat recht doch mijnen sin

A ls te minnen die ick meeneh,

N iemand als dees wijs Godin.

D aarom sal sy u nu kroonen

E eren sal u dese maagt

R oemen als haar weerdste Soonen

H ORST doet nu wat mijn behaagt,

O ! ick hoor haar oock nu spreken

R echt bemint dat allen tijt

S yt in mijn dienst onbesweken

T ot mijn recht zijt nu bereyt.